



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

III. Quomodo dum Valens homousianos in Oriente persequitur,  
Constantinopoli surrexit tyrannus Procopius: eodemque tempore terrae  
motus & maris inundatio plurimas urbes evertit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14233**

permitteret. At ille, cum existimaret eos cum Acacio & Eudoxio consentire, id fieri permisit. Eristi quidem Concilium in urbe Lampfaco celebrare fatagebant. Valens vero omni festinatione Antiochiam Syriæ contendit; veritus scilicet ne Persæ ruptis triginta annorum induciis quas regnante Joviano pacti fuerant, in Romanorum fines invaderent. Verum Persæ quidem quievêre. Ipse vero hac rerum tranquillitate male usus, bellum inexpiabile contra homonifianos excitavit. Ac Paulinum quidem Episcopum ob eximiam ejus viri religionem, nullo affecit incommodo. Melitium autem exilio multavit. Cæteros omnes qui cum Euzoio communicare renuissent, Ecclesiis urbis Antiochiæ expulit, & gravissimis damnis ac suppliciis affecit. Multos etiam in Oronte fluvio qui urbem præterfluit, submersisse dicitur.

τῆς πίσεως ὁ ἡ βασιλεὺς νομίσας συναρῆσαι αὐτὰς τοῖς πρὶ ἀνάκτιον καὶ εὐδόξιον, ἤρξαι ἐπέτερε. καὶ ἔτοιμήν συγκερθεῖν συνόδον ἐν τῇ λαμψάκῳ ἑσπευδόν. ἕαλις δὲ τὰ χθ. ἔπει τὴν συείας ἀνιόχουσαν ὠρμησεν, ὑφωρόμεν. καὶ μὴ οἰπέρσαι τὰς ἡρομένας ἐπιιοσιανῶν τριακοσιῆτας ἀπονδὰς ἀδελύσαστες, τοῖς ῥωμαίοις ὄρεσι ἐπέλθοιεν. ἀλλὰ τὰ μὴν πρὸς τὸν ἡσυχασεν. αὐτὸς δὲ τῇ ἡσυχίᾳ κατὰ χρωμέν. καὶ τῶν τὸ ὁμοῦσον φρονεῖτων ἀπονδὸν ἤγειρε πόλεμον. καὶ παυλίῳ μὴν τὸν ἐπίσκοπον, δι' ὑπερέαλλεσαν. ἀπὸ δὲ εὐλαδίαν ἐδὲν κακὸν ἐποίησεν μελῆτι. ἡ δὲ ἔξορία ἐζημίωσε. ἐδὲ ἡ ἀλλης ὄρα μὴ ἐβέλοτο ἐν ζωῷ κοινωσεν, τῷ μὴν ἐκκλησίᾳ τῷ ἐν ἀνιόχου ἐξήλασεν. ζημίαις δὲ καὶ μωρίαῖς διαφόροις ὑπέβαλλεν. λέγει δὲ ὅτι καὶ πολλὰς εἰς τὸν ἀδελφείμην ποταμὸν ὀρρόνῳ ἀπέπνιξεν.

CAPUT III.

Κεφ. γ΄.

Quomodo dum Valens homonifianos in Oriente persequitur, Constantinopoli surrexit tyrannus Procopius: eodemque tempore terra motus & maris inundatio plurimas urbes evertit.

Ὅτι ἡ ἀλυστὴ κακῶς ποιῆται ἐν τῇ ἀνατολῇ τοῖς τὸ ἰσῶσιον φρονήσας, ἐν τῇ κωνσταντίνου πόλει τυράν. ὅστις πο. καί. ἐν ἡ τῷ αὐτῷ καιρῷ καὶ σεισμός ἐπιήρηται. καὶ θαλάσσης ἐπέκλυσε, τὰς πόλεις τῆς πελάγει ἔλαβε.

Dum hæc à Valente in Syria geruntur, surrexit Constantinopoli tyrannus quidam nomine Procopius. Qui magis copiis brevi tempore coactis, adversum Imperatorem expeditionem parabat. Hujus rei nuntius maximam Imperatori incussit sollicitudinem: quæ res persecutionem ejus adversus Catholicos ad tempus repressit. Dum motus belli civilis adhuc expectaretur, terræ motus subito ingruens plurimas urbes concussit. Mare item terminos suos commutavit. Nam in quibusdam locis usque adeo exundavit, ut loca pedibus antea peragrari solita, navigarentur. Ab aliis autem locis tantopere recessit, ut arida remanerent. Atque id contigit duobus Augustis primùm Consulibus.

Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τὴν συείαν ποιῆται ἐπανάστατον ἐν τῇ κωνσταντίνου πόλει τυράν. ὄνομα αὐτῷ ὄς πολλὰ συγκερθεῖσας ἐν βραχεῖ χρόνῳ διωμά. ὀρμῶν καὶ τῆ βασιλείας ἐσπῶδαζεν. τῷ ἀπαρξελθὲν, εἰς ἀγωνίαν μεγίστην τὴν βασιλέα κατέστησεν, ἥτις αὐτῷ, καὶ τὴν καὶ τῶν δ. κομείων ὀρμῆν, ἀπὸς ὀλίγον ἐπέσχε. ὡς δὲ τὰ πολέμα ταρσῆ τέως ὠδίνετο, σεισμός ἐπιήρηται. πολλὰς τῶν πόλεων ἐείλε. ἢ τε θαλάσσης ἐπέκλυσε. ὄρεσι ἐπέκλυσε. ὡς ἐν ποταμῷ γὰ τόποις τοσῶτον ἐπέκλυσε. ὡς ἐν πρῶτῳ βασιμῶς τόποις πλείους ἐπὶ ῥων ἡ τόπων τοσῶτον ἀπέσχη, ὡς ἐν ἑκτῷ ῥεθῆναι. καὶ τῶν ἐγχεῖται τὴν πρῶτῳ ῥεθῆναι τῶν δύο βασιλείων.